Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

gentur pereat. et ne dispendium sentias in tributis:
(Custodibus archarum) decem talentorum milia appendam archariis gaze
tue. Tulit ergo rex anulum quo utebatur. et de
dit illum aman dicens. Argentum tuum sit. et de
populo age quod tibi placet. Tunc scripsit aman ex
nomine regis litteras. anulo regis signatas.
in omnes provincias ut occiderentur iudei. a
parvulo usque ad senem. et bona eorum diripe
rent. tertiadecima die mensis duodecimi:
statim pependit edictum in susis. Quod cum legissent
IIII. iudei flevere. sed et mardocheus indutus est sac
co et aspersus est cinere. et magna voce eiula
vit per foribus palacii. Non enim fas erat indu
tos sacco intrare palacium. Quod cum accepisset
hester: consternata est animo. et misit ei ves
tem. qua indutus intraret ad eam. Quam acci
pere noluit: sed significavit ei per eunuchum
causam fletus. et exemplar edicti quod pende
bat in susis misit ei. monens eam ut intra
ret ad regem. et supplicaret ei pro populo suo. Que
respondit ei. Iam triginta diebus non sum voca
ta ad regem. et decretum est ut qui non vocatus ac
cesserit moriatur. nisi forte rex auream virgam
(al. intenderit) ad eum extenderit. Rursumque mardocheus
ad eam. Quis scis utrum ideo ad regnum veneris.
(adiutrix populo tuo) ut in tali tempore parareris. Si nunc silueris.
per alium liberabit dominus populum suum. et tu et
domus patris tui peribitis. Tunc mandavit hes
ter mardocheo. ut omnes iudei qui erant
in susis per triduum ieiunarent. et orarent pro ea.
sed et ipsa ieiunavit. Die autem V.
tercia. induta regalibus stetit in atrio domus
contra basilicam regis. cum duabus puellis. Et su
per unam incumbens sustinebat. altera sequens
longitudinem vestis summis digitis depor
tabat. At ille sedebat super solium contra osti
um domus. Qui cum respexisset eam vultu tor
vo. collapsa est: Cumque vidisset rex hester col
lapsam: placuit ei. et extendit virgam au
ream contra eam. Et surgens venit ad eam:
(al. consolabatur) et fovens eam gremio osculabatur eam dicens.
Noli timere. Non pro subditis lex data est. tu vero mecum
conregnas. Que surgens et accedens: os
culata est summitatem virge. Et ait rex. Quid
vis hester? Quecumque petieris dabitur tibi.
Que respondit. Obsecro ut venias ad me
hodie. et aman tecum ad convivium. Vene
runt itaque ambo ad convivium regine. Cumque
bibisset rex habundanter: dixit. Pete quod
vis hester. et impetrabis. Que respondit.
Obsecro ut cras veniat rex et aman ad con
vivium: et indicabo ei cor meum. Egressus

est itaque aman letus. Cumque vidisset mardoche
um non assurrexisse sibi: indignatus est. et con
vocans uxorem et amicos. exposuit eis om
nem gloriam suam. addens quod eum solum cum rege
vocaverat hester ad convivium. veruntamen se
nichil habere reputabat. cum videret mar
docheum. Et dixerunt ei. Iube parari trabem
l. cubitorum. et suggere regi. ut appendatur
mardocheus in ea. et sic letus ibis ad con
vivium. Et iussit parari crucem. VI.
Noctem illam duxit rex insomnem. et iussit
sibi legi annales. et ventum est ad locum ubi scrip
tum erat. quod mardocheus nunciaverat faci
nus eunuchorum regis. Et ait rex. Quid ho
noris consecutus est mardocheus pro hac fide.
Et dixerunt ei. Nichil. Et quesivit rex quis
esset in atrio. Et dixerunt pueri. Aman. Ipse
enim intraverat ut suggereret regi de morte
mardochei. Cumque vocatus intrasset aman.
dixit rex ad eum. Quid debet fieri viro quem
rex vult honorare. Qui cogitans pro se
dictum esse. respondit. Debet indui stola re
gia et coronari dyademate. et sedere super
equum regis. et primus de principibus teneat
equum. et per civitatem incedens. clamet.
Sic honorabitur. quem rex vult honorare.
Dixitque ei rex. Festina et fac ut locutus es
mardocheo. Cave ne quicquam ex eis pretermit
tas. Et fecit aman ut locutus fuerat
mardocheo. qui prius renitebatur putans (al. primo)
illudi sibi ab aman. sed voluntate cognita asse
sit. Et rediit mardocheus ad fores pala
cii. aman vero festinavit in domum suam lu
gens et operto capite. Et dixerunt ei amici eius.
Si de semine iudeorum est mardocheus ante
quem cadere cepisti: non poteris ei resistere.
sed cades. Et ecce nuncii regis compellebant
eum intrare. Et intravit cum VII.
rege ad convivium. Et ait rex. Pete quod
vis hester. Que respondit. Dona michi ani
mam meam: et populum meum ne pereat. Utinam
in servos venundaremur. et gemens tace
rem. Et ait rex. Quis est qui audeat hec
facere. Que respondit. Hostis noster aman
est iste. Quod ille audiens obstupuit. Rex autem
iratus surrexit. et intravit in hortum.
Aman vero supplicabat regine pro anima sua.
Cumque reversus esset rex. repperit aman cor
ruisse super lectum in quo iacebat hester.
et ait. Etiam me presente reginam vult op
primere. Et dixit arbona eunuchus. En
lignum quod paraverat mardocheo. stat in